



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Therothermae, siue Aqvae  
Ferinae**

**Reusner, Nikolaus**

**Lavingae, 1581**

**VD16 R 1499**

XXVI. Iohannis Fichardi Iurisc. Epitaphium.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12416**

XXIII.

Io. Baptistæ Cratoni,

à Craſtheim. Io. F.

*Mensuram quicumq; sui CRATO nescit: ineptus  
Scit bene mensuram nullius iste rei.*

XXIV.

In Querulum.

*Quid senium culpas, paupertatemque malignam?  
Quin mores culpas tu magis vsque malos?  
Quod natura parens, & quod fors dura ministrat:  
Fas est, omne bonum, non id habere malum.  
Sic paupertatem fert Ennius, atque senectam  
Fortiter: à se ipso dum bona vera petit.*

XXV.

E Græco.

*Ira nouercalis nec mitis amore, nec ipsa  
Morte fit. est Helle testis, & Hippolytus.*

XXVI.

Iohannis Fichardi Iurisc.

Epitaphium.

*Quamuis IANE fores animi maturus, & æui:  
O mihi perpetua culte FICHARDE fide:  
Tetamen immatura senem mors abstulit orbi:  
Et lacrymas nobis sic, gemitusque dedit.*

B Nam

Nam neq; te melior quisquam, nec amantior aq;  
Carior aut Musis vir fuit, atque Deo.  
Assidet ergo Themis tumulo modò tristis amica  
Assidet huic Charitum, Pieridumque choros  
Quem viuum pariter coluere, subinde requirit  
Et lugent cassum lumine, cum lacrymis.  
Salue, care senex, salue: post tempora vitæ,  
Te Musæ, Charites, & Themis ipsa sacrant.

XXVII.

Io hanni Posthio Med.

Ante diem, POSTHI, seniū fert tristis egestas  
Præcursor mortis cura fit, atque fames.

XXIIX.

Ad Carolum Herman-  
num Patr August.

Cætera qui vult  
Noscere rectè:  
Noscere se ipsum  
**CAROLE** discat,  
Cætera qui vult  
Vincere cuncta:  
Se prius ipsum  
Vincere discat.  
Maxima laus est  
Vincere se ipsum: